



L. VITELLIVS, ex L. Vitellio, & Sextilia natus, frater Auli Vitellii Imperatoris, missus contra exercitum Vespasiani, apud Cremonam superatus est.



PETRONIAM Consularis viri filiam vxorem habuit Vitellius, ex qua filium Petronium altero oculo captum procreauit. Hunc heredem sub conditione à matre institutum, si de patris potestate exisset, manumisit, breuiq;, vt creditum est, interemit, in simulatum parricidii, quasi paratum ad scelus venenum habuisset.

GALERIAM FVNDANAM Pratorio patre natam, Petronia priore coniuge mortua, in vxorem duxit Vitellius, ex qua liberos vtriusque sexus tulit, sed marem titubantia oris, propè mutum & elinguem.

f 4 FLAV